



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Noremburgensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Noremburgæ, 1523

VD16 K 320

75 Qvomodo Fvnestae Pecvniae Intvitv ecclesiastici iudices & officiales
illegitimas cohabitationes & vsuras tolerant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

tenti, non etiam ampliore iusto, peccatibus egregij illi, mas
leq; officiosi Officiales extorqueret pecunie summam, dupli
ciq; delinquentes puniret poena. Qua re, mirum est multi offen
dantur. Quod est iniquum, estq; longe a Christi instituto sit alie
num, cuiq; sane mentis coniectura assequendum relinquatur.
QVOMODO FVNESTAE PECVNIAE INTVITV
ecclesiastici iudices & officiales illegittimas cohabitationes
& vsuras tolerant.

75 Præterea officiales auri sacra pellecti fame, vsuras ac pe
cuniae foenus illicitum, nedum non interdunt, sed & passim
permittunt, fouent, ac tutantur. Insuper etiam clericos, reli
giososq; & saeculares, accepto ab eisdem annuo censu, pub
lice cum suis concubinis, pellicibus, & alijs id genus meret
ricibus, illegittime cohabitare, liberosq; procreare sinunt.
Quae res ambæ quantū scādali, periculi, detrimenti, fortunis,
animabus & corporibus pariant, non est quod recenseatur,
quum nemo id, nisi talpa caecutiatur magis, non videat.

76 Præterea contingit aliquando, qd alter coniugum, belli, vo
torum, seu alia quapiam causa peregre proficiscatur; qui si
aliquando diutius, est alterius conferat libidini, absit, tum offi
cialis alteri; pacta tamen numerataq; prius mercede fati ma
gna; cum alia victitare persona ac cohabitare indulget, non
prehabita prius diligentī vestigatione, superstes ne sit abiēs
coniunx, an naturę cōcesserit. Et ne hoc eorū factū a quoq; cas
lumniari posset, tolerantię nomen ei, nō sine magno mortalium
offendiculo, sanctiq; matrimonij contemptu indiderunt.

VT OFFICIALIVM DELEGATI SEV SYNODA
les iudices illicitos e domibus cēsus exigant.

Et hoc Germanis posthac non ferendum onus est, qd syno
77 dales iudices quarundam regionū oppidula & vicus ostias
tim peragrant, censusq; e domibus annuos exigunt; quos
vbi tenuis plebecula persolvere nequit, protinus cum excō
municationis iaculis petitur, ad eorum quoq; censuum cum